

Za. 200 b.

1. Braunius, An. Rom.,
2. Coelorus. Mat. Rom.,
3. Corningius, Rom.,
4. Erhardus. Job.,
5. Eccius, Jo. St.,
6. Erran (A. St.)
7. Haberlin, Fr. Domini.,
8. Hagen, Joach. Sint.,
9. Hartiger, C. A.,
10. Koelerus, Jo. Dan.,
11. Leo II.
12. Leupold, Bonj.,
13. Lethardus, Ludr.
14. Mosheim, Thop. Crst.,
15. Praetorius, Th. Sint.,

OH: PHIL: PRÆTORII, J. U. D. Consil.

Elect: Aulici, Historiarum ac Juris Publici, in Alma Trevi-
rensi, Professoris Ordinarii,¹⁵

ASSERTIO & VINDICATIO

Diplomatis Carolini, Inclytissimæ Abbatiae
S. MAXIMINI, in Suburbio Trevirensi,

Concessi,

Tribus Dissertationibus, videlicet

14

- 1) De Barbâ CAROLI M.
- 2) De figurâ externâ Sigilli, huic Diplomati appensi, deque reliquis Criteriis, quibus evincitar, Diploma Carolinum nequaquam esse supposititium.
- 3) De harmoniâ Styli, Diplomatis San: Maximiniiani, cum aliis ævi Carolini Diplomatis;
- 4) De Synchronismo ejus Historico;
- 5) de Instrumento Pippini Nani relato, adornata.



OH: PHIL: PRÆTORII, J. U. D. Consil.

Elec: Aulici, Historiarum ac Juris Publici, in Alma Trevi-
rensi, Professoris Ordinarii,

ASSERTIO & VINDICATIO

Diplomatis Carolini, Inclytissimæ Abbatiae
S. MAXIMINI, in Suburbio Trevirensi,
Concessi,

Tribus Dissertationibus, videlicet

14

- 1) De Barbâ CAROLI M.
- 2) De figurâ externâ Sigilli, huic Diplomati appensi, deque
reliquis Criteriis, quibus evincitur, Diploma Carolinum
nequaquam esse supposititium.
- 3) De harmoniâ Styli, Diplomatis San: Maximiniani,
cum aliis ævi Carolini Diplomatis;
- 4) De Synchronismo ejus Historico;
- 5) de Instrumento Pippini Nani relato, adornata.



Ubi plura nitent in Carmine non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura. *Horat: de Arte Poet.*

Augsburg. Typis J. C. REULANDT, Aul. & Univ. Typogr.

d.

СИДАНИИ СИДАНИИ
СИДАНИИ СИДАНИИ

СИДАНИИ СИДАНИИ
СИДАНИИ СИДАНИИ

†

СИДАНИИ СИДАНИИ
СИДАНИИ СИДАНИИ

СИДАНИИ СИДАНИИ
СИДАНИИ СИДАНИИ

СИДАНИИ СИДАНИИ
СИДАНИИ СИДАНИИ



REUERENDISSIMO, AC GRATIOSO
DOMINO,

D. WILLIBRORDO
SCHEFFER,

Imperialis & Exemptæ Abbatiae, ad S. Maxi-
minum propè Treviros,

PRÆSULI DIGNISSIMO;

Comitatūs Fellensis, ac Burgrauiatūs Freu-
denburgensis, Domino temporali, Statuum Treuirensium
ac Luxemburgensium PRIMATI, Augustissimo Roma-
norum Imperatori à Consiliis, Augustæque Archi-
Sacellano, S. S. Theologizæ Doctori,
& reliqua &c.

Dissertatiunculam hanc

Devotissimâ mente

D. D. D.

Subiectissimus

AUTHOR.

REVERENDISSIME PRÆSUL! DOMINE GRATIOSE!

Debet gnarus oraculi illius, quasi ex tripode dicti:
Metiri se quemque suo modulo, ac pede verum est.
(equum est) Horat: Ep; Lib; I. Epist. 7.

Supercedere poteram hoc, quali quali labore, praesertim, cum neque
vesanus scriptitandi pruritus, nec vano gloriola cupido, me fascinauerint un-
quam. Verum, cum obligatio muneric, à REVERENDISSIMO pariter atque CEL-
SISSIMO ARCHI PRÆSULE, PRINCIPALE ELECTORE TREVIRENSI,
reliqua, DOMINO MEO GRATIOSISSIMO, præter meritum, clementissime mil-
demandari, id exigat à me; ut tum doctrinæ, cum scriptis in lucem editis, praef-
sim, studiose, omniumque ordinum honoratissima, juventuti, hic degenti, non po-
tui non, quin specimine aliquo, quamvis leuidensi, & Eminentissimo Domini
ELECTORI, & orbi literato meam probem diligentiam. Ad disquisitionem au-
tem vocanti materiam Scriptionis, occurrit Diploma illud, inclutissima, Di-
Maximini, in Suburbio Trevirensi, Abbatie, concessum à Carolo, & re, & nomi-
ne, Magno, A. O. R. DCCLXXXIX. Cum enim animadverterem, illud à Viris quibus-
dam, rei Diplomaticæ non ignaris, vocari in dubium, a nonnullis autem defendan-
t frigidiusculè satis, Religioni habere capi, Diploma tanit momenti, quod præter
liberam Abbatis electionem, & alia insignia emolumenta, largitur ac con-
firmat prædicta Abbatia, plane indefensum telinquare. Nam vero ad Patrocinium
um ejus accingor, intercessione Patroni cuiusdam, aeternum devenerandi, TIB
Commendor, PRÆSUL REVERENDISSIME, Mecanias de literarum studiis im-
mortaliter merite! TU igitur, qui est singularis TUUS in Musas fauor, tum auto-
graphum Diplomatis Carolini, aliaq; Documenta publica, cum pretiosissimum Eva-
geliorum Codicem, in Gemma Achate, profapiam Pippini parvi sifentem, plure-
que magni pretii libros typis exscriptos, mecum gratiosè communicasti! TU ita
que Parturientibus meis Musis obstetricatus es grauiter, ita ut partum hunc liter-
rium eniti potuerint feliciter.

Quam TUAM, admirandam benevolentiam, dum animo percurro, nescius sum
vrum magis depredicem Pietatem TUAM in DEUM, haud fucatam, an vero nim-
quid satis laudandam erga singulos humanitatem & prudentiam consummati-
mam, qua TIB sufficis, Patriaque Consulis, an vero doctrinam nequaquam hu-
bam ex triuuo; excelsum illud honoris fastigium, ad quod TE, mediante Virtute
euxit summum Numen, an vero gratiosam, qua omnes ad TE pertrahis, humili-
zatam?

Nam licet Sacro Presulis munere modereris Abbatiam & Antiquitate, & Pra-
llentia illustrem vel maximè, quippe quæ à Constantino M. fundata, ac ab Augu-
ssimis Imperatoribus, Regibusque, egregiis aucta immunitatibus & prærogati-
bus, singulari gaudet Privilégio, ut Abbates illius Reverendissimi Archi-Officiali-
us Augustæ annumerentur; fastum tamen animi auersaris, humilitati mentis uni-
studens; dignissimus, qui ad tantum honoris cacumen, euehereris, Virorum,
in pietate in Deum, ac morum integritate, cum doctrinâ ac prudentia, conspicuo-
rum, non ex face Proletaria plebis, sed Familia consularibus, oriundorum, sed ho-
nestissimis Parentibus procreatorum, unanimibus suffragiis. Ad hujus Sacra
Elegit dignitatis gubernacula admotus, unâ cum summe Reverendis Religiosis Abbatis
mibet, toti in eo estis, ut cultui diuino inuigiletis accuratissime, Summum Numen, ado-
zione, Sacrificiis, Hymnis indesinenter colendo. Quid si in Conventu Vestro ero-
nde sunt Eleemosyna, boë lati & hilares facitis, ut opus ipsum magnanimitatis,
on coactionis, existimetur. Liberalitatis ac hospitalitatis Vestrâ riuiulos, non in
os modo, qui restituere, ac referre gratias possunt, deriuatis, sed in omnes, non
quari, id justè, id pie, id humanum fieri, quod sit, sine spe recipiendi. Possem al-
ius excurrere in vastum laudum Tuarum, ac Abbatis Tua inclitissima, Oceanum,
si obstaret modestia Tua, circa quam

rigidi, sed plena pudoris

Elucet grauitas, fâsu, jucunda, remoto.

CLAUDIANUS.

uscipe igitur, PRÆSUL REVERENDISSIME, PATRONE GRATIOSE! Phylras
ace, quas in æterna obseruantia, grauissimique animi Tix effor, eâ, quâ par est ^H
submissione ac Reverentiâ, offero, bilari fronte, Tuaque gratiâ ac beneuolo fau-
ore, me porro beare, haud deditigare. Ego viciissim indesinentibus summum Nu-
men fatigabo precibus, ut, ad publica commoda, omnigenâ incolumente felix,

Seru in Cælum redeas, diuine

Latus intersis Populo!

Horat: Carm: L. 7. Ode 2.

Admodum Reverendi Religiosi Abbatia TUÆ valeant diutissimes ipsaque Abba-

via S. MAXIMINI, eo usque virreat, floreat, vigeat,

Dum juga Montis aper, fluvios dum pisces amabit,

Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae. Virgil: Eccl: V.

Ita animitus precor

Reverendissime Domine Abbas, Mecenas maxime,

Patrone summopere devenerande

TUI NOMINIS

Cultor submissimus ac perpétius,
JOH. PHIL. PRÆTORIUS.



ADDENDA.

Cum in fine Diplomatis nostri, desit usitatum Caroli tempore vocabulū feliciter, admonitum volumus benevolū Lectorem, illud similiter deē Diplom: apud Calmetum, libro soepius citato, dans les Preuves, p. 283, 285, 295, 301. ut & apud Heum: p. 418. 419. 426.

ERRATA.

Festinatio, aliaque, non nullius momenti, negotia, in causa fuere, ut quādam Sphalmata Typographica irrepserint, quā benevolus Lector sequenti modo emendare, dignabitur.

pag: 2. lin: 13, pro illum, lege illud.

pag: 10. lin: 9. pro numis, lege, numi.

p. 11. lin: 12. pro tum, lege, tum.

p. 16. lin: 3. Marginali, pro prōte, lege, protege!

p. 18. lin: 23. lege, disquisitione.

p. 22. lin: 12. lege, in fine, lin: 37. lege, inuocationis.

p. 24. lin: 34. loco vacillaare, lege, vacillare.

p. 29. not: 23. lin. 10. post v. 118, addc, reccasitis.

p. (30) lin: 29. lege Kemmerichius.

Bello
sent
iros, n
chenium
5) Fon
8) Freh
uodqu
asparu
ue fuit
essum C
et, Ab
ubium
rgume
ariam

(1) In Pr
April
(2) In D
geber
(3) In R
(4) In du
(5) In Ec
(6) In vi
moni
(7) In D
(8) In ex
quis I
(9) In si
(10) In f
(11) In p
(12) Nel

Bello Diplomatico, quod tum superiori, cum praesenti Seculo, in Belgio, Gallia, Italia atque Germania, inter nos, nostro encomio majores, Papebrocium (1) nempe, Henchenium, (2) Mabillonum, (3) Germonium, (4) Ruinartum, (5) Fontaninum, (6) Lazarinum, (7) Scipionem Marantam, (8) Freherum, (9) ac Thulemarium, (10) exaserat vel maximè, uodque, præter Illustrem D. Joh. Petr. de Ludvvig, (11) etiam Asparus Beretti, (12) delineavit operosius, implicitum quoque fuit Diploma, à Carolo M. A. O. R. DCCLXXIX, concessum Celeberrimæ, quæ in Suburbio Trevirensi hodieque videt, Abbatæ S. Maximini. Quamvis autem illius veritatem in dubium vocauerint Viri, artis Diplomaticæ non ignari, idque argumentis satis speciosis, non possumus tamen non, in contrarium ire Sententiam, permoti, tum auctoritate Virorum in hoc

- (1) In Propylæo antiquario, de Diplom: discern: Act: SS. Mens: April: T. 2.
- (2) In Diatribe, de tribus Dagobertis, & Comment. ad vitam S. Siegberti Act: SS. Mens: Febr. T. I.
- (3) In Re Diplomatica.
- (4) In duabus discept: de vet. Regum Francorum Diplomat:.
- (5) In Eccles. Paris. vindicata, adversus R. P. Barth: Germon: discept:.
- (6) In vindiciis antiquorum Diplomaturn, adversus Barthol. Germonii Discept: de vet. Reg. Franc: Diplom:.
- (7) In Defens: in P. Barthol: Germonium edita.
- (8) In expostulatione in Bartholomæum Germonium pro antiquis Diplom: & Codic. Msc:.
- (9) In singulari de staturâ Caroli M. Libro.
- (10) In florum sparsionibus, ad Freheri φιλοποεια.
- (11) In præf. præmissâ, T. I. Reliqu: Mscitorum &c.
- (12) Nei Istoria della Guerra Diplomatica.

d.

hoc scientiarum genere consummatissimorum, cum argumentis appensorum, quæ pro illâ militant, pondere gravissimo (13) concedit.

Communicatur autem Sententia nostram cum lectoribus Maximis omnium Ordinum honoratissimis, tribus Dissertatiunculis sub his S. E sequentibus, oratos illos volumus atque obsecratos, ut, neque & Reue minus expolito scribendi genere, neque ordine parum exაstia Qua to offendantur, sed fragilitatem nostram potius beniuolo aspe Diplon etu harum paginarum suffuleant, non ignari, in omnibus perdejent sectionem consequi neminem posse; (14) & in magnis voluissat esse.

Dissertatio I. de Barbâ CAROLI M.

S. 1. Lites de barbâ Cesaris morte, non nunquam magni sunt momenti. **T**ritum illud apud Germanos proverbiū, de barbâ Cæsarū, quæ appositi rixari, hoc est, de re nullius momenti, Projicere ampullas & sesqui pedalia verba, tam firmo nequa barbam quam nititur fulcro, ut nullo non tempore, omni sit exceptio, nec illiguntur ne majus. Tantum enim abest, ut scientiā rei Diplomaticæ vel leuite solitus imbutus, disquisitionem, virum Carolus M. barbam aluerit, & de Insigni posuerit, nec ne? nihil ducturus sit, vt eam potius omni solerit ulam i investigandam esse, ac indagandam, sit asserturus. Olcum igit ortus fuerit, quod ajunt & operam, nos haud perdituros esse confidimus quando in questiuncula hâc paulo adecuratius rimandâ, opel lam nostram, qualem qualem collocare, non addubitamus.

S. 2. Quod probatur per Sigillum Diplom. Tre vir. San. Maxi- **Cognitum est atque perspectum rei Diplomaticæ cultoribus inter imagines Caroli M; sive in numis, sive in Sigillis expressas, maximum intercedere discriminem. In quibusdam enim siste tur imberbis, in aliis autem barbatus. Ordinem ducat Sigillum ap-**

(13) Diploma exstat apud Zylles: in Defens: S. Maximini, & apud os sequentibus Calmetum dans les Preüves de son Hist: de Lorraine p 295 Sebrosi 296 Sigillum exhibent, Zyllesius lib: cit: Heineccius de Sig vet: Tab. IV. Papebrocius. A. SS. T. 2. Mens: April. in Propri Antiqui, de Diplom: discernit p. 11. Heumannus de R. D. T. 4 Horae L. 5. T propria

(14) Plutarchus, de Educat. p. 7 c.

nem appensum Diplomati, à Carolo M., A. O. R. DCCLXXIX, concessio inclytissimæ, pariter atque antiquissimæ, Abbatia S. tribu Maximini, quæ alias inter, cultui diuino sacras Domus Ordinibus S. Benedicti, tum sanctitate & antiquitate, cum celebritate equi & Reuerendissimorū Præsulū dignitate, tantum extollit caput. mini Care-
lum M. si-
stens im-
berbem.

alicia Quantum lenta solent, inter Viburna cupressi (2) Sigillum hoc aspe Diplomatis San-Maximiniani, à San-Dionylianis, atque Cor- s perdejeni, quæ Mabillonius exhibet, (3) in eo potissimum differt, uis illæ quod illud Caroli M. vultum obesum atque imberbem, San- Dionysiana contra Sigilla magis tenuem, modicaque barbā, Corbejense tandem ac Osnabrugense, satis prolixā condecora- M um barbā, sistant.

Cardo igitur totius controversiæ in eo potissimum verti vide- Cæsar ur, quanam horum Sigillorum habenda sint pro genuinis, quæve pro appositiis? Si enim aluit semper, ac nunquam deposituit Carolus, arbam, Sigillum Diplomatis San-Maximiniani, supposititium epiot, necesse est. Sin autem modo deposituit, modo aluit barbam, igillum præfatum genuinum esse, extra omnem dubitationis euite possum manet aleam.

Insignis autem circa affirmandam vel negandam questio- & de nulam nostram, inter scriptores Diplomaticos superioris seculi, lertum exortus est dissensus, de quo etiam si integrō prope modum secu- m i gñ imus fuerit disceptatum, non tamen minus opel - - - Adhuc sub judice lis est.

6. 3. Scrip-
tores circa
barbam
Caroli M.
dissentiant.

Marquardus equidem Freherus, singulari, de staturâ Caroli M. Libello, barbam eum pavisse pernegat, vestigia premens Marci Velscri, uterque autem humorum suffultus fide, quibus ento, crinibus destituto, sistitur Carolus. Quod si vero non unquam pili rari atque tenues genas inumbrent & labia, tonorum id factum esse incuria, afferunt. Duum uiros hos literatos sequuntur Gryphiander, (4) &, qui instar omnium est, Pa- Sebrotius. (5) Hic enim tum argumenta Freheri, ac Velscri con-

Freherus &
alii imber-
bem fuisse
contentiudo

Horat. de Arte Poëtica (2) Virgil. Ecl. 1. (3) de ReDiplom: T. 4 L. 5. Tab: 23. 24. & 25. (4) de Weichbildis c. 20. (5) In propylæo antiqui: de Diplom: discern: Acta S. S. Mens: April: T. 2.

consensum, cum Eginharti, Scriptoris Carolo coævi, silentium
de barbâ Caroli M., Sigillumque urget San-Maximinianum; ex
quibus illo judice, pateat, Carolum nullam plane pavisse bar-
bam, facieque fuisse, propemodum juvenili.

Quin, sine hæsitatione rejicienda existimat, omnia Sigilla,
tam San. Dionysiana, quam Osnabrugense, in quibus Carolus
M. barbatus conspicitur.

I. 4. Th. lemarius; Mabillonius; Schminckius; Heinececius ac Bunnivius barbam Caroli vindicant.

Longissimè ab his discedit Thulemarius, qui notas & florum
spartiones ad Freheri φιλοτονη de staturâ Caroli M., collegit.
Multis siquidem, iisque non exigui ponderis argumentis, Caro-
lo barbam vindicat. Cui adstipulatur Mabillonius, in egregio,
de Re Diplomaticâ, opere, (6) Merouingos æque ac Carolin-
gos barbâ décorâ, modicaque vſos esſe, affirmsans. Accedunt
ejus sententiae, eamque, non sine laude, tuerunt Eckhartus, in
Dissert: de imagine Caroli M., Schminckius, in notis ad Egin-
hartum, Heincecius, in pereruditio, de Sigillis veterum, volu-
mine, (7) &c, qui primus erat nominandus Illustrissimus Buna-
vius. (8) Qui omnes & singuli Carolo M. barbam equideū tri-
buunt, sed decoram, sed modicam, non bifurcam, non monstro-
sam, unius palmi, quemadmodum nugarum ille, fabularumque
Pater, Pseudo-Turpinus, de illo afferre non erubuit. Est au-
tem, quod mireris, benebole Lector! Baringium videlicet (9)
ac Johannem Heumannum, (10) nullam plane, aut saltē exi-
guam hujus Diplomatis San-Maximiniani facere mentionem,
cum tamen Baringius libro & loco cit: inficias ire nequeat,
Zyllesium, defensorem strenuum, Abbatia S. Maximini, non
minus quam Diplomatis nostri Carolini, suā non defraudan-
dum esſe laude; quod in arte Criticâ rei Diplomaticæ primus,
quod ajunt, fregerit glaciem, ingentemque documentorum
numerum, una cum Monogrammatis, produxerit in lucem.
Quo encomio Zyllesium dignissimum etiam judicant, Celeb-

Da.

(6) L. 2. c. 16. p. 136. 137. seq: (7) P. I. c. 2. §. 16. p. 81. sequi-

(8) In der Deutschen Räther und Reichs-Historie p. 2. L. 2. p. 62.

(9) In clave Diplom: inter Script: Diplom: p. 10.

(10) In Comment: de Re Diplom: p. 148.

Dn. à
opera
do, H

Ver

nostra

France

gyri, M

Ad

Set:

Et pau

P

Prid

voluiss

crines,

nudo r

tus est l

nilius s

litudi

ori orr

c Sen

iligen

um, v

e com

icta C

los eni

firmat

Ante I

Cesar

d ne

tur, ad

ex il

1) In

Staa

124.

Dn. à Ludvig, (11) & Dn. Moserus (12). Majorem navarunt operam, Diplomati, sigilloque San-Maximiniano, investigando, Heineccius, Mabilloniusque, lib: & loc: cit:

Verum ut ad scopum reuertamur, vnde deflexit Dissertatio ^{§. 1 Sidoni}
nostra, non ignoramus Sidonium Apollinarem contendere;
^{Apollinaris}
Francos comam aluissse, barbam caruisse. Ita enim ille in Panc-
^{Sententia,}
gyri, Majorano Augusto dicta:
^{Francis ca-}
^{pillos aluif-}
^{se barba quo}
^{caruisse,}

Ad frontem coma tracta jacet nudataque cervix

Setarum per damna nitet.

Et paulo post:

Ac vultibus undique rasis,

Pro barbam tennes perarantur pectine crista.

Prioribus Poëtam, versibus nonnulli autumant, indigitare
voluisse, Francos aut soepius iterato pectinis tractu obliquasse
crines, ut sursum se, supra occiput, ac sinciput erexerint, collo
nudo relicto; quo capillorum cultu mirum in modum delecta-
tus estheros ille Arctous, Carolus duodecimus; aut, quod verisi-
nilius est, nodo comam ligasse, vel in tergo, vel in fronte, *ut in*
altitudinem quandam & terrorem, adituri bella, comti, hostium ter-
ori ornarentur; quod ipsum testatur Tacitus de Suevis; (13)
ac Seneca, (14) de Germanis omnibus: *Quid capillum ingenti*
diligentia comis? inquiens; Cum illum vel effuderis modo Partho-
num, vel Germanorum, nodo vinxeris? longâ tamen & fluitan-
te comâ, Francos quandoque etiam superbiisse, ex Panegyri,
dicta Constantino Magno, ab Eumenio, (15) patescit. Distin-
tos enim eos fuisse à ceteris, dicit, *cultu vestis, & prolixo crine.*
firmitat hoc Claudio luffragio suo, de Francis ita cancas: (16)
Ante Ducem nostrum (nempe Stiliconem) flauam sparsere sicambri
Cesariem.

sed ne fluitantibus Francorum capillis, justo diutius, irretia-
tur, ad Sidonii, de barbis illorum, locum, redimus. Non pau-
ca, ex illius verbis:

Et

(1) In Praefat, T. I. Reliqu: Msc. (12) Im Chur-Trierischen
Staats-Rechte/ p. 285, 286. (13) de M. G. cap: 38. (14) Epist:
124. (15) cap: 16. (16) de IV. Conf: Honorii.

cl.

Et vultibus undique rasis

Pro barba tenues perarantur pectine criste;

Conjiciunt, Francos nullam, præter Mystacem, superiora labra cingenteim, aliisque barbam, cuius crines, pectine sœpius tractando & perarando, instar cristarum creixerint, ac induraverint.

S. 6 Hac de proceribus, non autem de plebe Francorum possunt.
 At enim vero hæc Sidonii verba nequaquam de universâ Francorum gente, sed de proceribus tantum, esse interpretanda, ex sequentibus innotescit. Scriptores enim ejus ævi fide dignissimi memoria prodiderunt, tempore Regum Merovingicorum, solis Regibus proceribusque, non autem plebi Francicæ licuisse Cæsariem alere; quæ contra prolixâ barbâ brevitatem capillorum compensasse videtur. Provoco ad Gregorium Turonensem! (17) Hic enim, Childebertum Regem, ad Chlotarium, de Fratris, Chlodomiri filiis, ita scribentem, refert: habito communī consilio pertractati oportet, quid de his (scil: filiis Chlodomiri) fieri debeat) *Virum incisâ Cæsarie, ut reliqua plebs, habeantur?* Similiter de Gundebaldo relatum legimus, apud eundem Gregorium Turonensem: (18) Illum nempe, cum natus esset in Galliis, & diligenti curâ nutritus, ut Regum istorum mox est, crinium flagellis per terga demissis, instructum fuisse. Ad stipulatur Gregorio nostro Agathias Scholasticus, illius coetanus. (19) hæc omnia adcuratori delineans penicillo; *Solemne est, scribit, Francorum Regibus nunquam tondere. Cæsaries tota eis in humeros propendet, anterior coma è fronte discriminata, invrumque latus deflexa, idque velut insignis quedam, eximiaque honoris prærogativa, Regio generi apud eos tribuitur. Subditi enim orbiculatim tondentur, neque illis prolixiorum comam alere facili permittitur.* Ex his constat, tempore Agathiae Scholastici, (1) solis Regibus licuisse Cæsariem alere. (2) *Solemne his quoque fuisse, nunquam tondere.* Quam tonsuræ intermissionem ad solos capillos, non autem ad barbas, referendam esse infra ostendemus, (3) *Solos subditos, non autem Reges, orbiculatim tonsos esse.* Hæc de capillis Regum, ac subditorum, Francorum. Sed quid de illo-

(17) L. 3. c. 18. (18) L. 6. c. 24. (19) De Imperio Justiniani.
Lib. I. c. I.

rum barbis, ac præsertim de barbâ Caroli M. erit dicendum?

Certum est Reges Francos tuū primæ cum secundæ stirpis, comam aluissē semper, barbam vero plurimo tempore. Testantur id statuæ in ostio templi Sancti Germani conspicuæ Regum Merovingicorum. (20) Testatur Eginhartus, (21) de Regibus Merovingicis afferens, illos fuisse crine profuso, barbâ submissâ. Testantur tot numi, tot sigilla. Ac licet Frherus cum Velsero, cum primis autem Chiffletius (22) autument, Musium illud, quo Leo III, Summus Pontifex, suam, unâ cum Caroli M. effigie, curauit exprimi, Carolum sistere imberbem, pilosque in illo fortassis apparentes, per negligentiam tonsoris remansisse; quod itidem se habeat cuin sigillo San-Maximiniano Trevirensi; majori tamen fide digni uidentur testes oculati hujus Musivii, Sponius, (23) & le Blancius, (24) qui illud oculis usurpatum, ac, bene examinatum, elegantissime delineare curaverunt; quod ex Johanne Ciampino (25) itidem exhibuit Claviger Eckhartus, (26) & Illustris Bunauius. (27) Hi in eo conueniunt omnes, Carolum nequaquam fuisse imberbem, sed, præter mystacem, superioribus labiis circumfusam, in mento modicam quoque aluissē barbam. Quinimo Papebrocius ipse Sententiam mutare, ac Palinodiam quasi cantare, est coactus. postquam Princeps, omni encomio major, Ferdinandus Fürstenbergius, (28) Præsul Paderbornensis Reverendissimus, non minus quam Mabillonius, (29) unâ cum inspectione Diplomaticis & sigilli Osnabrugensis, Carolum barbatum referentis, ipsum edocuerant, barbam sigilli nequaquam obstat, que minus Diploma Osnabrugense sit verum, sit genuinum. (30) Barbam Caroli M. vindicantibus patrocinantur porro: (1) Imago Ca-

B

roli

- (20) Mabill. de Re Diplom: L. 2. c. 16. p. 137. (21) In Caroli M. initio. (22) In Anastasi Childeric: c. 1. p. 34. (23) Vita Missell: crud. antiquit: p. 284. (24) Dissert. sur quelques Monoyes: c. 4. p. 19. (25) Vet: Mon: Musiv: P. 4. c. 23. (26) Rer: Franc: Orient: T. 1. L. 25. p. 785. (27) In der Teutschen Ränsen und Reichs-Historie T. 2. (3) Monum: Paderb: p. 201. (29) de R. D. L. 5. p. 390. sequ. (3) Heineccius, de sig: vet: P. 1. c. 9. p. 82.

g. 7. Reges
Francici
barbam
plurimo
tempore
aluerunt

(8)

roli M. à Dionysio Petauio exhibita (31) quæ etiam exstat apudis, qui
Eckhartum, (32) (2) Sigillum illud plumbeum Caroli M., quod hanus
le Blancio (33) debemus. (3) Sigilla Caroli M. apud Heineccium^{miss}. (4)
(34) (4) Numi apud Illust: Bunauum, in der Teutschen Reichspinan-
ser- und Reichs-Historie. (35) (5) apud Eckhartum, (36) Strates Reg-
vium (37) Mabillonum, (38) Octavium Stradam de Rosberg modo p-
(39) Antiquarium Rudolphi II. Imperatoris. (5) credita ha^{et} Quod
etenus Vnitas Sigilli Trevirensis San-Maximiniani, Carolum immet, de-
berbē fistentis, cum reliqua sigilla illum exhibeant barbatum quam e-

G. v. Reges
Francios
primæ & je-
cunda stir-
pis, modo
barbamp-
wisse modo
poſuiffe de-
monſtratur

His omnibus tamen non obstantibus placuit Viris dicit. affe-
ctis veritatem Sigilli diplomatisque Trevirensis, si notenten-
ex defectu barbæ Carolinæ, asserere, tamen cum sigilli equaque
barbatis hujus Imperatoris conciliare. Verisimile siquidem tam
iis haud videbatur Zyllesium, Papebrocium, Lambecium reg-
que, at quantos Viros! hallucinatos esse in examinando dipl. note-
mate Trevirensi. Quapropter, præter Freherum ac Velserum item c-
barbæ Carolinæ asertores strenuos, in arenam quoque descentes farie-
dit Chiffletius. (40) Ast fallitur, & insigniter fallitur, dum ab latim
ferere non addubit, Diplomati San-Maximiniano, non ipsius, Bar-
Caroli M. sed Fratris ejus, Carolomanni sigillum fuisse appendican-
sum. Scimus enim ex authoribus coœvis, ac fide dignissimis com-
(41) Carolomannum diem obiisse supremum, A. O. R. visile.
DCCLXXI, 111. Non: Dec., cum contra Diploma Carolinum quis ad-
concessum sit Abbatia S. Maximini A. O. R. DCCLXXIX; ita co-
ut nequaquam sit verisimile Carolum M., Fratris, ante octo jahlorum
annos demortui, appendere voluisse, diplomati, Sigillum. Quod batu-
evidentius adhuc appetet ex verbis ipsius Diplomaticis Trevirensis, (42)
fis, 6) CH

(31) In Gnorismate (32) Rer. Franc: Orient: P. I. L. 24. p. 62⁸ barba-
(33) lib: cit: (34) de Sigil: vet: Tab: IV. (35) T. 2. L. 2. (36) D^{eg}is et
L. c. (37) in fine der Teutschen Reichs-Geschichte. (38) de R. D^{eg}
L. 1. Tab: 23. 24. 25. (39) In vitis Cæsarum Imperatorumque
(40) In Anastasi Childeric: (41) Annal: Metens: ad a. 771. An^o 2^o vid-
nal: Masciacenses, ad eundem ann. Hugo Flaviniacensis P. Iximini
Chron: Verdun; Köhlerus in General: Fam: Aug: Carol: Tab: p. 82.
& pag. 39.

apudis, quibus Carolus M. de semetipso testatur: se chartam suæ quodhanus signaculis affirmare decrevisse, & annulo suo firmare juscumisse. (42) Saliuam igitur magis movere conjectura Chiffletii, & Hypinantis, Carolum, ejusque tum Antecessores, cum Successores Reges Merouingicos ac Carolingicos modo barbam aluisse, ergo modo posuisse, ac tandem iterum pavisse.

Quod si ita se habeat, quemadmodum ex sequentibus illuces-
n imaret, de veritate Sigilli ac Diplomatis San-Maximiniani nequa-
tumquam erit dubitandum. Nam licet Agathias Scholasticus loco
; do sit. asserverit: *Solemne fuisse Francorum Regibus nunquam tondere*
; *nōtentiaque de barbæ positione, ejusque culturā alternativā*
; *sigilli equaqueam atriferit, Clarissimo Heineccio;* (43) Antecedentia
; tamen & consequentia loci Agathiae, §. 6. allegati, secun-
dum regulas Hermeneuticæ, paulo adcuratius rimanti, faciliter
diplonotescet negotio, Agathiam ibidem de capillis capitisi, non
erumatem de barbâ, sermonem facere. Meminit enim plus semel
scensariet, coma, quas Regibus solis atere licuerit, cum subditis, orbis
in aequalim tonsis, non facile permisum fuerit, prolixiorum comam ale-
 ipsius, Barbæ pastum, aut tonsuram sicco plane pede tranfit. Igitur
pendicandum esse arbitramur, Reges Francicos, utriusque stir-
pium comam aluisse semper, barbam modo posuisse, modo iterum
O. R. visse. Constatibit hoc clarius, ex imaginibus illorum, tum in
linumis ac Sigillis, cum in marmore vel tabulis, expressis. Pro-
X; ita co ad authoritatem Mabillonii, Eckharti, Illustr: Bunavii, &
o jamborum, qui Reges Francicos primæ & secundæ stirpis, modo
Quoq; batos. modò imberbes sistunt. Sic, in numis, CHILDERI-
virens, (44) THEODEBERTUS, (45) CHILDEBERTUS,
sis, (46) CHLOTARIUS, (47) Charibertus & Sigebertus, (48) si-
p. 629; barbâ conspiciuntur. Quemadmodum Childeberti quoque
R. D. regis effigiem, in Onychè insignis magnitudinis, inter Cimelia
B. 2. sacrae

vid. Diploma, apud Zylle, in Defens: Abbatiæ Imper: S. Ma-
1. An: 3) vid. Diploma, apud Zylle, in Defens: Abbatiæ Imper: S. Ma-
is P. Maximini, & Dissert: nostrâ 3. (43) De Sigillis veter: P. 1. c. 9 §. 17
Tab: p. 82. & 83. (44) Eckhartus, Rer: Franc: Orient: T. 1. L. 2. p. 39.
(45) L. 5. p. 74. (46) L. 7. p. 87. (47) L. 7. p. 93. (48) L. 3.
p. 98. & 105.

1cl.

sacra Ecclesiae Cathedralis Moguntinensis, conspicuam, opere
 anaglyphico sisti, crinibus in tergum proinissis, & diadematice
 affabre facto, sed imberbem planè, testatur idem Eckhartus. (49) gentea,
 Quod itidem se se haber cum numis Guntchramni, (50) & Chil- Acharo-
 deberti II. (51) Postremum enim ibidem quinque numi sicut
 imberbem, duo vero barbatum. Illucescit hoc porro ex numis
 Theodorici II (52) Chlotarii II (53) ac Dagoberti I. (54) quem
 postremum quatuordecim numi exhibent imberbem, unus au- 61) de
 tem barbatum; quæ tamen barba non nisi menti genarumq; ex-
 trema obumbrat. Adeo ut vel solis Childeberti II. Dagobertique I.
 numis evinci queat, Reges Francos Merovingicæ stirpis, mo-
 do barbam pauisse, modo posuisse. Liquet hoc denique ex nu-
 mis Chlodovei II, (55) Childerici II. (56) & ex Sigillo Chlodo-
 vei III. (57) non minus, quam ex sigillo & gemma Childeberti
 III, (58) ac Childerici III. (59). Ut autem omnis dubitationis
 scrupulus eximatur & iis, qui morem hunc barbam modo po-
 nendi, modo iterum pavendi, solis Regibus Merovingicis, non
 vero etiam Carolingicis fuisse familiarem, possint autumare, non
 possumus non, quin non nulla hac de re proferamus in medium.
 Atque ut ab ouo procedamus usque ad malum, probabile non
 est Pippinum Nanum ejusque filium Carolum M., Regum Me-
 rovingorum, quorum, in omnibus, vestigia preserunt studio-
 fissime, morem, barbam modo alendi, modo ponendi, abrogas-
 se. Contrarium potius illucescit ex imaginibus Pippini Nani,
 Caroli M., Ludovici Pii, Caroli Calvi, Arnulphi, aliorumque
 Imperatorum ac Regum Carolingicæ stirpis. Afferuatur, teste
 Brovero, (60) in Abbatia S. Maximini, Codex Euangelio-
 rum membranaceus, Evangelistarum præscriptus iconibus, &
 au-

(49) Eckhartus I. c. p. 140. (50) L. 9. p. 149. (51) L. 9. p. 157.
 (52) L. 10. p. 172. (53) L. 11. p. 195. (54) L. 12. p. 208. (55)
 Eckhartus, I. c. p. 238. (56) L. 14. p. 254. (57) p. 290. (58) L.
 18. p. 315. Mabillonius de R. D. L. 5. Tab. 22. p. 385. (59) Ma-
 billonius de R. D. L. 5. Tab. 22. p. 385. vid: etiam Illustr: Buna-
 vius in der Deutschen Räyster und Reichs-Historie P. 2. L. 1. p. 3.
 (60) Annal: Trev: L. 8. §. 18.

urea notarum litera, oportamento per quam eleganti, quod gen-
ate his variis, Rubinis, Topatis, Smaragdis, Hyacinthis, per ar-
49) gentea, aurataque Emblemata, affabre facta, nitet. Gemmam
hil- Achatem, oportamento insertam, Michael Bernardus Valentini
unt 61) delineavit, Clarissimus Eckhartus vere, à Reverendissimo
mis Domino Paccio, Abbe S. Maximiniano quondam dignissimo
em xactius delineatam accepit, ac justâ suâ magnitudine, scriptis
au- suis inferunt. (62) In illâ cum Berthradâ Uxore, Filiisque, Ca-
ex- olo, & Carolomanno, ac Adâ filiâ, (63) Pippinus ipse, ut judicat
ue l. Eckhartus loco citato & alii, Regiâ dignitate jam auctus s' sititur,
no- imberbis. (64) In Sigillis quoq; & numismatibus tam à Mabil-
nu- onio (65) cum ab Eckharto exhibitis, (66) Pippinus aliquo-
do- tes conspicitur barbatus, ter autem imberbis. Ac ne Ca-
teri- olus solo Sigillo San. Maximiniano imberbis exhibitus esse vi-
nis deatur,

(61) Musei Muscorum T. 2. c. 8. (62) nempe T. 1. Rer. Francic: Orient: L. 24. p. 579. (63) Mirandum venit Eckhartum, T. I. Rer. Francic: Adam hanc filiam Pippini, ejus vocare Sororē. Cum tamen Brov: Annal: Trev: L. 8. §. 18. certiore illum facere poterat, fuisse illam Pippini filiam, Caroli M. autem Sororem. Constat hoc tum ex verbis, monumento ejus, in Æde Sancti Maximini, insculptis: *Ada, ancilla Christi, Soror Caroli Magni;* cum ex vetustissimo memoriaruin Codice, sequentibus verbis: IV. Idus Maii obiit Ada, ancilla Christi, pia me- moria Filia Pippini Regis, Soror Magni Caroli Imperatoris. Necio, quibus rationibus ductus, Clar: Köhlerus, Scientiae Genealo- gicae Indagator exactissimus, in Exercitatione suâ Genealogi- ca Familia Augustæ Carolingicæ, hujus Adæ, neque tanquam Sororis, neque tanquam Filia Pippini, villam fecerit mentio- nem. Quod itidem obvenit Lohmeiero ejusque Illustratori Gebhardo, in der Europäischen Kaiserund Königl. Häuser Erdkun- stterung. (64) Oculis usurpare licuit & nobis, qua est singula- ris benevolentia Reverendissimi Domini Praefulsi San-Maxi- miniani, Mecænatis incomparabilis, hunc codicem, tam pul- chritudine, quam antiquitate conspicuum vel maxime. (65) De R. D. L. 5. Tab. 23. (66) T. I. Rer. Franc: L. 24. p. 199.

cl.

deatur, aliam ejus effigiem, proferemus in medium. Illustrissimus siquidem Bunavius (67) in numo quodam illum sicut *imberbem*, cum Epigrapha: *Domnus Karlus Imp: Aug: Rex &c.* Evidenter apparet effigiem, huic numo impressam, differre ab ico-
ne ejus. Sigillo Trevitensi expressa. Ex diplomate enim ipso
S. Maximiniano constat, illud A. O. R. DCCLXXIX. à Ca-
rolo fuisse concessum, cum contra effigiem Bunauianam Caroli
M., post annum DCCLXLIX, æri fuisse impressam, extra om-
inem dubitationis aleam ponat inscriptio: *Imperator Augustus.*
Scimus enim Carolum non nisi A.O.R. DCCC., in Natali Do-
mini, Imperiali Diademate fuisse condecoratum. (68) Quo
tempore Abbatia S. Maximini jam dudum gaudebat privilegio,
à Carolo ipse concessio. Constat etiam ex alio Sigillo, (69) Ca-
rolum nonnunquam exhibitum esse *imberbem*. Manifestum
igitur est, Carolum M., tam in Sigillis quam numis, plus semel,
sisti *sine barba*. Qui mos barbam modo pauendi, modo ponendi,
per superius adducta, tum ante Carolum, & ipsius tempore,
cum post eis æcum obtinuit, inter Imperatores & Reges, Ca-
rolingicæ stirpis. Provoco ad sigilla & numos Ludovici p., in
quibus modo barbatus, modo imberbis conspicitur. Mabillo-
nius (70) equidem illum exhibit barbatum, Bunavius autem
(71) ac Heumannus (72) illum, jam Imperatorem, nobis sicut
imberbem. Nihil dicam de Lothario, (73) Ludovico II. (74) de
Carolo Calvo, (75) Arnolpho (76) & Conrado I. (77) Si-
militer *sine barba* exhibitis. Proceres autem Francicos, ad ex-
emplum Regum Merouingicorum Barbam rasissime, constat ex

Rori.

- (67) In der Kaiser- und Reichs-Historie. T. 2. L. 2. p. 307. (68)
Theophan: p. 401. Anaf: in vita Leonis Pontif: p. 283. Annal:
Pith: ad a. 401. Annal: Eginh: & Loisel: eod: a. (69) apud Heu-
mannum, in Comment: de R. D. Tab: IV. n. 10. (70) de R. D.
L. 5. p. 395. 399. (71) In der Deutschen Kaiser- und Reichs-Hist:
P. III. L. 1. p. 3. (72) Tab: V. n. 2. 4. & 8. Tab: VI. n. 10. 11. &
12. (73) Heum: Tab: 7. Heineccius, l. c. Tab. IV. (74) Heum:
Tab: 2. (75) Mabill: de R. D. L. 5. p. 407. Heinec: Tab: 4.
Heum: Tab. 7. Bunavius, l. c. P. 4. L. 1. p. 3. (76) Heinec: Tab:
17. (77) Heinac: T. 4. Bunav: P. 4. L. 2. pag. 420.

Roric
los ap
Reges
rexer
nâ pol
certo
radeb
poner
menti
comam
re illos
tius T
ad pce
rum, b
bardo
capilli
mover
dislate
finis, m

Cu
certiss
barbat
in gen
& Eck
vicum
memo
vel ali
qui mu
teste E
cur no
bon m
lubitu

(78) L
R. I
Ker

Roricone. (78) Cum enim Chlodoveus I., Francorum Rex, illos apud Parisios, ad bellum contra Alaricum, Visi-Gothorum Regem, habitâ oratione, animasset, dextras omnes in sublime exerunt, &c. ni superascent infideles Visi-Gothos, hæresis Arriana pollutos: *barbas non amplius radendas esse, professi sunt.* Itaque cerro tempore Proceres Francici, Reges suos imitantes, barbam radebant. Sane privilegium barbam quandoque & capillos, vel ponendi, vel alendi, illis temporibus maximi hahitum esse momenti, velex eo liquet, quod pœnitentibus licitum non fuerit, *comam vel barbam tondere, ac radere, sed in comtam utramque aleare illos oportuerit.* Testatur hoc de Ursinio, Cadurcensi, Gregorius Turonensis. (79) Quod exemplum argumento est, cæteros, ad pœnitentiam haud damnatos proceres, more Regum suorum, barbam modo pavisse, modo posuisse; Afferit hoc de Leobardo, Gregorius Turonensis, (80) illum nempe *certo tempore* capillum totundisse ac barbam. Quæ omnia Mabillonum commoverunt, (81) vt, de barbæ cultura Regum, ac Imperatorum disserens tandem ita Sententiam suam exprimat: *Itaque hic finis, modum hunc, pro Regum arbitrio, subinde variasse.*

Cum igitur, per superiorius adducta tanâ certum sit, quam quod certissimum, Reges Francicos in statuis, numis ac sigillis, modo barbatos, modo imberbes esse exhibitos; Pippinum Nanum, tum in gemmâ Achate S. Maximini, cum apud Mabillonum, (82) & Eckhartum, (83) modo cum barba, modo sine illâ, fleti; Ludovicum præterea pius, jam Imperatorem, aliosque supra commemoratos Imperatores, Regesque Francicos, circa barbam vel alendam, vel ponendam, eâdem Vlos fuisse prærogativa; qui mos apud Proceres Francicos æque invaluerat; Carolus M., teste Eginharto, scriptore coævo, *Patrii moris obseruantissimus,* cur non & ipse, exemplo Regum ac Procerum Francicorum, non minus quam Pippini, barbam ponere, vel alere, potuerit, pro lubitu, ne diuinando quidem conjicere possumus. Certo, satis

con-

(78) L. 4. (79) L. 9. c. 20. (80) de Vitis Patr: c. 20. (81) de R. D. L. 2. c. 16. §. 8. p. 138. (82) l. c. L. 5. Tab. 23. (83) Rer. Franc: Orient: T. I. L. 24. p. 599.

constat, cum ex numis, sigillis, gemmis ac marmoribus Regum manorum
ejus Prædecessorum, tunc ex Sigillis, Trevirensi San-Maximinus media
niano, ac Heumanniano, cum ex nummo Bunauiano alitissimum
que, apud Mabillonum Heineccium ac Heumannum eximus ec
stantibus, numis & sigillis, Reges Imperatoresque tam Meroprimæ
vingicos, quam Carolingicos modo barbatos, modo imberbes esse, sig
exhibitost. Qui mos apud Successores Caroli M. haud inualuis autem
set, nisi ipsum habuissent Antecessorem gravissimum. Extra acced
omnem igitur est positum dubitationis alcum, Carolum M. vii necciu
hujus Privilegii supersedisse nequaquam, deficientiamque barbare & h
Carolina in Sigillo Diplomatici San-Maximiniani, Trevirensis, non obtur
stare, quo minus Diploma, sepius iam Commemoratum, ab omnibus gillis,
rei Diplomaticæ gnaris, summo Jure, sit habendum pro vero, ac gignora
nnino, minime autem gentium, pro spurio aut supposititio.

DISSERTATIO SECUNDA

*De Figurâ externâ Sigilli, Diplomati San-Maxi
miniano appensi, deque reliquis Criteriis, qui
bus evincitur, Diploma Carolinum nequa
quam esse supposititium.*

POstquam barbae Carolinæ satis diu implicita fuit Dissertatio secunda
nostra, vt de veritate Diplomatici, ac Sigilli San-Maximiniani magis constet, progredimur nunc ad figuram ejus exter
nam, ac ad reliqua Criteria, quibus evincitur, Diploma nostrum
nequaquam esse supposititium.

Materia, Investigemus initio materiam. Expressabantur olim Sigilli
sera obliu- vel auro, vel argento, vel plumbo, vel cera. (1)
tim:

Materia Sigilli nostri est Cera. Non dicemus jam de Cereo
reorum Sigillorum antiquitate, cum alias ad Græcorum, ac Ro

(1) Mabill: de R. D. L. 2. c. 16. Heinecc: de sig: vet: P. I. c. 4. §. 6.
6. Heum: de R. D. §. 21. pag. 15.

(2) Fran
P. L.
D. p.
9. T
l. c.

gummanorum antiquitatum adyta, esset recurrentum. In ætate
 ximi media subsystemus, vbi cereorum Vfus Sigillorum fuit frequen-
 alissimus. (2) Color Sigilli San-Maximiniani est *subluteus*. Sci-
 n ex-mus equidem Miramontium, (3) asserere, Reges Francos,
 Iero primæ & secundæ stirpis, vsos esse cerâ albâ; (4) Ast verisimile
 esse est, sigillum nostrum ceræ albæ itidem fuisse impressum, quod
 autem color ejus nunc paullo magis ad luteum, quam ad album.
 Extra accedere videatur colorem, id tribuendum existimat Cl: Hei-
 neccius, (5) diuturnitati temporis, quâ factum est, ut à pulve-
 barbare & humiditate aeris, colore hunc assumserit. Materia igi-
 on obtur colorque sigilli nostri, cum cæteris Regum Francicorum si-
 nibus gillis, convenient ad amissim. Figura ejus est rotunda. Non
 ignoramus, Heineccio teste, (6) figuram plerorumque sigillo-
 rum Carolinorum esse oualem. Sed, quod pace tanti viri dixe-
 rit, satis constat, non omnia sigilla Carolina ovali gaudere fi-
 gurâ. Provoco ad Heumannii Commentarios de Re diplomatica.
 Ibi enim, (7) præter San-Maximinianum, duo adhuc fi-
 stuntur sigilla Carolina, figurâ rotundâ conspicua. Taceo tum
 Reges nonnullos Merovingicos, videlicet Theodoricum &
 Chlodoveum III; (8) Childebertum III, & Chilpericum II.
 (9) ante Caroli tempora, tum post ipsum Carolingicos, utpote
 Ludouicum pium, (10) Carolum Caluum, (11) & Zvvente-
 boldum, Lotharingiaz Regem, (12) sigillis vsos esse figurâ ro-
 tundis. Adeo ut rotunditas quoque sigilli San-Maximiniani,
 obstat ne queat, quo minus habendum sit pro genuino.

Figura rotunda.

Solebant sigilla quoque cerea Imperatorum Carolingiorum

C

in-

- (2) Heinecc: de sig: vet: P. I. c. 6. §. 2. (3) De Cancellariâ
 Franciæ. (4) Heineccius l. c. P. I. c. 6. (5) l. c. (6) l. c.
 P. I. c. 9. §. 14. (7) Tab: IV. n. 9. & 10. (8) Mabill: de R.
 D. p. 381. (9) Id: l. c. p. 385. (10) Heum. l. c. Tab. V. n.
 9. Tab. VI. n. 10. (11) Id. Tab. VII. n. 1. & 2. (12) Mabill:
 l. c.

(16)

intrinsecus limbo quodam, seu circulo cerco, literis ac signis omnibus vacuo, cingi, ut nempe inscriptio muniatur eo melius & conseruetur, quem limbum tabulae æneæ pene omnes omitunt. (13)

Apparet hoc ex sigillis Imperatorum ac Regum Carolingiorum, non minus quam successorum, cum apud Clar. Heinocci, (14) tum apud Heumannum, (15) extantibus. Si stuntur enim ibidem sigilla Caroli M., Ludovici pii, Arnolphi, Conradi I, ac denique Ottonis M., limbo circumdati, Gaudet & isto limbi adjecti Criterio sigillum San. Maximinianum, quemadmodum illud ex inspectione sigilli, in fronte Dissertations nostræ, præmissi, patet.

Verum enim vero audio hic insurrantem aliquem, qua ratione sigillum San. Maximinianum poterit esse genuinum, cum illi desit formula: Christe protege! toties in sigillis Caroli M., Ludovici pii, & Ludovici Senioris, seu Germanici, occurrentes. Constanter siquidem hanc formulam usurpatam fuisse à Carolo M., Ludovico pio, ac, quem addit Cl. Heinoccius, (16) à Ludovico Seniori, testatur Mabillonius. (17) Refellitur autem hoc, Viri cæteroquin eruditissimi, præceptum generale prætensum, per exempla nonnulla in contrarium, extantia. Provocamus sum litem ad sigilla tum Caroli M. Cum Ludovici pii, à Mabillonio ipso, (18) ac Hcumanno, (19) exhibita, in quibus vterque formulam: Christe protege! tam necessariam Mabillonio visam, oteras mittere non addubitatavit. Taceo hanc formulam Merouingicis sum nunquam, ex Carolingicis autem soli Carolo M., Ludovico pio, ac Ludovico seniori, in vsu fuisse, cum contra Lotharius I, cæterique Imperatores ac Reges Franciæ, stirpis secundæ, illius

Vsu

(13) Heum: l. c. c. i. §. 21. p. 14. Testatur hoc etiam de Sigillo Os nabrugensi, Heinoccius, l. c. p. 1. c. 9. p. 79, ambire nempe ilius annuli periphoria, limbum non minimum. (14) l. c. Tab. 4. n. 2. 3. 8. 11. 12. 17. & 18. Tab. V. n. 1. & 2. (15) de R. D. Tab. n. 4. & 6. Tab. V. n. 2. & 8. (16) de sig: vet: p. 1. c. 9. §. 12. & 15. (17) de R. D. L. 2. c. 16. n. 8. (18) de R. D. L. 5. c. 24. & 25. (19) de R. D. Tab: 4. n. 9. & 10. Tab. V. & VI. n. 5. 9. 10., ut & p. 441.

De formulis
Christi
prænge.

Vsi supersederint semper; (20) Adeo ut omissione hujus for-
mulae sigillum San-Maximinianum vitiari nequaquam potue-
nit.

Ad amissim quoque convenit Monogramma Carolinum S.
Maximini, à Zyllesio, (21) in defensione hujus illustris Abba-
tiae, exhibitum, cum monogrammate Carolino, exhibito, tum
Baringio, (22) cum ab Heumanno, (23) cuiusque delineata-
io sistitur etiam in fronte Assertionis nostræ. Monente etenim
apebrocio (24) est sciendum, morem apud Christianos anti-
quissimum fuisse, in signandis contractibus, & aliis quibuscun-
que instrumentis, formate crucem, cui is, qui subsignabat suâ,
vel alienâ manu, prout literarum erat peritus, aut rudis, pro-
prium adscriberet nomen. Hujusmodi simplici cruce Reges ac
principes non contenti, candem instruxerunt, ornaueruntque
omnis sui literis, ipsi cruci adnexis. Hæc vero cruciformia
monogrammata sunt omnium antiquissima. --- Datur funda-
mentum opinandi, quod omnes, ante Carolum M. Reges, &
principes, ipseque Caroli Pater Pippinus, si quando sunt mono-
grammatis vñi, candem formam tenuerint. Mabillonio equi-
sum afferente, (25) monogramma erat nota & Character, vt
amusum literâ vñica esse videretur, omnes tamen nominis literas
ipso exprimeret. Verum enim vero, edocet nos Papebrocius, l. c.
ecclesiæ adeo non esse, vt monogramma singulas vocis alicujus
teras exprimat. Contra satis constat, quamvis Papebrocius
monogrammatum, l. c. omnibus Regib[us] Merovingicis
scilicet contendat, paucos tamen ex illis vños iis esse, nec alios
putat Mabillonius, (26) quam qui præ imperitia nomen suum
scribere non valerent. Primus, teste eodem Mabillono,
perpetuum monogrammatis vñum ac morem in Regia Di-
plomata

C 2

(20) Heinecc: de sig: vet: P. I. c. 9. §. 15. (21) p. 3. n. 4. p. 13.
(22) In præf. Clav. Diplom: p. 43. vbi monogramma nostrum
ex Papebr: Propylæo sistitur. (23) Comment: de R. D. Tab.
I. n. 1. In Propyl. antiquario. P. I. c. 4. n. 54. Act. SS. Ment:
pr: T. 2. (25) de R. D. L. 2. C. 10. §. 10. (26) L. bro & loco cit:

plomata introduxit Carolus M., quem morem cæteri, ad Philippum tertium usque, Francorum Reges retinuere, itidemque inuestigatores Imperatores Occidentis usque ad Carolum IV. Cujus moris introducti causam Mabillonius (27) in difficultate scribendi, quæ usitata, laborabat Carolus M., ponit, Eginharti (28) suffultus testimonia, tentabat, inquentis, Carolus, & scribere, tabulasque & codicillos ad hoc in lecto sub cervicalibus circumferre solebat, ut cum vacuum tempus esset, manum effigiandis literis assuefaceret. Sed parum prospere processit labor preposterus, & sero inchoatus. Quibus verbis Eginhartum innuere voluisse putat Burchardus (29) Carolum, Germanicæ Scripturæ majuscularum literarum, quæ rudior erat ac difficilior, operam tantum nauasse, cum verisimile non sit, nec ipsius Eginharti verbis consentaneum, Principem tam magnum, tamque literatum, scribere non potuisse, qui tamen, teste eodem Eginharto, barbara & antiquissima heroum Carmina scripsit. (30) Cæterum monogramma Caroli M., sincerum perpetuum & quamplurimis documentis probatum, teste Henmanno (31) est illud quod ipse, Papebrocius, Baringiusque exhibent, quodque notâ (23) allegauimus, ac in fronte Dissertationis nostræ delineavimus. Cum igitur illud cum San-Maximiniano in omnibus conveniat, ac ita pro veritate Diplomatici nostri diserte loquatur, vltiori ejus disquisitione supercedemus, ad Characterem, seu Scripturam illius, progressiuri.

*Scriptura
Diplom: S.
Max: con-
venit cum
avo Caro-
lini scrip-
turus.*

Edocemur equidem à Struvio, (32) harum rerum indagatore non spernendo, seculo octavo, circa scripturas, manum apparere tremulam, alias autem easdem fere, ac Seculi sexti, literas. Ast huic sententia minime subscribit Mabillonius, (33) luculenter demonstrans: primâ Regum Francorum stirpe existit, Carolus M.; literas expolire cœpisse, aut certe jam tantisper expolitum Scripturæ genus, in elegantiorum formam commutasse, subinde politiorem effectam. Tremulam vero

- (27) L. 2. c. 22. §. 5. (28) In vitâ Caroli M. c. 25. (29) Libro, de lingua latina, in Germania, fatis, c. 3. p. 61. (30) c. 29. Poeta Saxo, ad a. 814. p. 168. (31) De R. D. c. 2. §. 62 pag. 118 (32) de Critercis Msct. §. 23. ap: Baring: in Clave, Dipl: p. 92. (33) De R. D. L. 1. c. 11. §. 10. & 11.

hi- Scripturam in majoribus saltē literis, quas Vniales vocant,
que inventam esse, imperantibus Ottonibus, Seculo nempe decimo.
in- Quidquid sit! specimina generis scribendi, Seculo octavo,
qua vñitati, ac à Mabillochio, (34) Baringio, (35) Heumannoque,
mo- (36) exhibita, concordant in plerisque, cum autographo San-
di- Maximiniano, ab hujus Præsule Reverendissimo, qui est singu-
la- laris illius, in literis promouendis ardor, & erga quemcunque
rum benignissima humanitas, nobis oculis usurpare concessio; ejusque
rbis topia, pro parte à Papebrocio, (37) typis expressa. Ac licet
um, Heumannus (38) scripturam Diplomatis nostri rudiorem esse,
dior quam vt eam Caroli curia ferre possit, & Saxonice affinem, con-
non endat; ex inspectione & collatione tamen evidenter illucescit,
am llam non modo ad similiudinem literarum sexti Seculi acce-
nen, lere, quod criterion omni exceptione majus, judicat esse Stru-
Car- ius, l. c. Characteris scribendi Seculo octavo vñitati; sed & pla-
rum e non abhorrere à generibus scribendi hujus Seculi, à Mabil-
Heu- onio, Baringio, Heumannoque, expressis. Ponamus etiam, sed
ex- on concedamus Heumanno, nonnullas Diplomatis nostri li-
erta- eras Saxonicas affines videri, hoc non obstante, veritas
axi- ius in dubium vocati nequit, cum teste Mabilionio grauissimo,
plo- criptura Franco-Gallicâ Caroli M. ævo, nonnunquam pere-
per- trinis literis apparere soleat interpolata, ac Diploma ipsum in
i. erris Saxonicas, videlicet Paderbornæ, flagrante vel maxime
aga- ello Saxonico, fuerit concessum, adeo vt, per incuriam scriba-
num, rebus Saxonicas tum nimis intentorum, facili negotio, li-
i, li- era nonnulla, Saxonicas affines, irrepere potuisse, manet veri-
33) umile.

ex- Porro, Heinuccio testante, (39) in Sigillis Carolinis, hujus
tran- imperatoris Capiti coronam, aut nullam, aut non aliam impositum
nam- esse

*Carolis
fine corona;
in Sigillo
San-Ma-
rinus. isti;
enr.*

- (34) de R. D. L. 5. p. 361. 391. 363. (35) Clav: Diplom: Tab:
Alphab: 2. n. 10. (36) De R. D. Tab. I. (37) In Propyl:
antiqu: Tab: port pag: XII. Act: SS. Mens: April: T. 2.
(38) De R. D. C. 2. p. 149. (39) De Sigillis vet: P. L. C. 2. 1
§. 14. pag: 80:

esse, quam lauream. Cujus rei non aliam facile causam dixeris, quam æmulationem erga Imperatores Græcos, gemmeo diademate caput exornantes. Laurum igitur, maluit Carolus, priorum exemplo Imperatorum, ut simul Viribus Romæ Imperium tanto magis sibi competere, judicaretur. (40) Habita est ratio in Diplomate nostro & hujus Criterii Heinemanni. In Sigillo quippe illius, sine villa, Carolus exhibetur coronâ, ne lauro quidem conspicuus; quod ad Imperialem dignitatem illo tempore, nec dum erat proiectus.

Materia
Diplomi
et Maxim:
scil: mem-
brana,

Restat, ut de materiâ, in quâ Imperatores & Reges Germanorum Diplomata conscribenda curarunt, non nihil proferamus in medium. Hæc alia non erat nisi membrana. (41) Pro certo enim habendum est, antiquioris plerumque notæ Codices, esse membranaceos, cum ante Seculum XIV., usus chartæ, licet hæc, teste Petro Venerabili jam Seculo XII. fuerit nota, in exarandis Codicibus, Diplomaticisque vix inualuerit. (42) Ad stipulatur Mabillonius, (43) de membranis nullam controvèrsiam esse posse contendens, cuin pleraque diplomata, ceteraque instrumenta antiqua, quæ ad nos vsque pervenierunt, in membranis exarata sint. Ex hoc quoque Criterio, Diploma nostrum, in membranâ consignatum, pro vero, ac genuino, est asserendum.

Coronidis loco, silentio prærerire non possumus, Diploma nostrum, ideo à nonnullis vocari in dubium, quod Sigillum ejus in debito ac consueto loco non sit affixum. (44) Verum Mabillonio ipsi, dubium hoc moventi, fatendum est, Sigillorum aliquando sedem variare. (45) Cum plurima quidem membranæ affixa sint ad dexterum latus, nonnulla autem etiam ad sinistrum, ex quo Scriptura dicit initium. (46)

Sole igitur meridiano, per superius ad ducta constat clarius, neque matriam Sigilli ejusque colorem, neque figuram illius rotundam, neque omissionem in Sigillo, formulæ: Christe pro-

tege

- (40) Vindic: Conring: c. 6. n. 14. p. 152. (41) Neum: de R. D. p. 4. & p. 10. (42) Struv: de Crit: Msct: §. 3. apud Baring: l. c. p. 79.
- (43) De R. D. L. 1. c. 3. §. 2. (44) Mabill: l. c. L. 3, c. 1. §. 4.
- (45) l. c. (46) l. c. L. 2, c. 16. §. 2.

tege!
mem-
gilli,
quo m
autem
exam
illius :

De /
delic
Cu

CU
fa
secuti
rio, ju
nis no
matis
speran
nauise
profes
jori in
niā, c
Ad h
ma ip
um, (

(1) P
(3) P
Pr

tege! nec monogramma, cum Scripturæ genere, nec tandem membranam, cui est inscriptum, ac appensionem insuetam S. galli, vitiare Diploma nostrum San-Maximinianum, ac obstarere, quo minus illud sit habendum, pro vero ac genuino, minime autem gentium pro falso ac suppositio. Itaque, externis satis examinatis progrediamur ad interna, ut quoque per illa veritas illius afferatur ac vindicetur.

DISSERTATIO III.

De formâ internâ Diplom: S. Maximiniani, videlicet de harmonia stylî curie, cum aliis Diplom: Carolinis, de Synchronismo ejus historico, ac de instrumento relato, Diplomate nempe Pippini Nani.

* *

Cum omnes & singuli, tamen apud Græcos, quam Romanos, sapientiæ opinione clari, necessitates demonstrationum secuti, animam corpore præstantiorem, dignioremque imperio, jure ac merito pronunciaverint: externa autem Dissertatio[nis] nostræ nonnisi corpus expresserint quodammodo Diplomaticis, interna autem ejus animam quasi sint repræsentatura: speramus atque considimus, fore ut benevolus Lector eo minus naufragii molestiam sit sensurus, quo magis, in medium adhuc proferenda, palmam præripient, jam jam adductis, quoque majori in id allaboraturi simus studio, ut nihil consignemus literis, nisi, quod ad illum conuincendum, apprimè fuerit necessarium. Ad hunc finem consequendum, non possumus non, quin Diploma ipsum San-Maximinianum, exhibitum, præter Papbrocum, (1) Miræum, (2) Schatenium, (3) Calmetum (4), à Zyl.

(1) Propyl: antiqu: de Diplom: discern: n. 42. (2) T. i. pag. 130.
 (3) In hist: Westphal: p. 466. (4) Hist: de Lorraine, dans les
 Preuves, p. 295. 96.

Zyllesio quoque (5) & cum autographo collatum, verbotenus
inseramus Dissertationi nostræ, ejusque dicendi formulas confe-
ramus cum aliis, Diplomatum Carolinorum formulis.

Caroli M. Imperatoris (6) Diploma, datum Paderborne, anno
Regni ejus XL. (7) In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti
(8)

(5) In def: Abbat: S. Maxim: P. III. n. 4. (6) Rubrica hæc non
exstat in autographo, sed addita est à Zyllesio, quem falsa tem-
poris computatio præcipitem dedit in errorem manifestum
dum Carolum, a. 779, jam vocat Imperatorem. Autographu
S. Maximianus, in fine, mentionem quidem facit anni Re-
gni Carolini, sed undecimi, non autem quadragesimi, quemadmo-
dum scripsit Zyllesius, in locum numerorum Arithmeticorum XI,
erronee substituens XL. Secundum hanc temporis
computationem necesse erat, ut Carolum vocaret Imperato-
rem Zyllesius, qui Regnum Francicum, Patre demortuo, con-
secutus erat, A. O. R. DCCLXVIII, mense Octobri, Imperiali
vero solium concendit, DCCC.

(8) Vt à Deo Instrumentorum primordia caperentur, Princi-
pes quidam Christiani, peculiaribus Sanxere legibus. Stru-
pissimis posthabebatur hæc nom: div: Invoc:, nec à Carolo M. sem-
per est adhibita. Ludovicus autem pius, ejusque posteri, Ca-
rolingiæ gentis, diuina auspicia haud prætermisere, vota ve-
ad Salvatorem & Servatorem generis humani, vel ad SS. Tri-
nitatem dirigendo. v. g. in confirm: Ecclesi: Wirsburg: apud
Eckhart: T. 2. Comment: Rer: Franc: orient: p. 881, ita ordinata
Ludovicus: *In nomine Domini, Dei & Salvatoris nostri;* similiiter
auspicatur idem, in binis Diplom: apud Schaten: Annal: Pa-
derb: P. I. p. 83, sequ: & p: 91, sequ: exstantibus. Carolus au-
tem M. in Tabulis Monast: Campid: datis, ex apographo, a
Heumanno, de R. D. p. 439, exhibitis, à verbis: *In nomine San-
ctissime & individuæ Trinitatis,* inchoat. Id quod in plurimis Di-
plom: Carolinis obseruatur. Animadverterunt autem non
nulli, quod Diploma S. Maxim: præter morem, ante a. DCCCO
in Diplom: Carol: receptum, ordiatur per form: invocationis
nom: div: in folitam: *In nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus San-
cti;* Cum reliqua Carol: Dipl:, ante a. DCCC. concessa, à ver-
bis: *Carolus gratia Dei, Rex Francorum;* incipient: Mabill: de-

Notum sit omnibus in Christum fideliter credentibus, (9)
egibus, (10) Episcopis, Ducibus, quod

Ego

D. L. 3. c. 1. § 4 p. 219. At Mabillonius ipse, qui dubium hoc
mouit, i. c. fateri habet necesse, inveniri nonnulla Diplomata,
cum eadem invocatione edita; v. g. in Appendice Capitul: Ba-
luzianæ, n. 19. Ideoque minime gentium audet, quidquam
contra Diploma nostrum pronunciare, quod illi possit afferre
præjudicium, sed solummodo monet, formulam hanc non es-
tum se communere; ne quis eā, ad exemplum Papebrocii, in præ-
judicium aliorum Diplom: abutatur. Sic in donat: à Pippino
facta, Monast: Gozensi, eadem Invoc. formula legitur. Calmet,

i. c. dans les Preuves, p. 274.

(9) Mabillonio difficultas magni momenti videtur, quod Di-
ploma San-Maxim: incipiat à formula: *notum sit omnibus in Chri-*
stum fideliter credentibus. Quis enim, inquit, hæc verba vspiam
, con-
legit, in sinceris Caroli M. instrumentis? Ast! quod pace tan-
eriale
ti viri dixerim, reperiuntur in Diplom: Carolinis, hodieque
pro genuinis habitis, toties quoties, verba his, si non in omni-
bus concordantia, tamen Synonyma, aut parum differentia.
Diploma enim. Scholis Osnabr: à Carolo M., concessum, apud
Heum: de R. D. p. 441, sequ: ita orditur: *notum sit omnibus San-*
cta Ecclesiæ fidelibus, &c. Et capitulare primum, a. 806. apud Ba-
luz: T. I. Capit. p. 439. sequ: auspicatur sequenti modo: *Omni-*
bus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, & cuncto populo Catholico. Con-
tentia harum formularum nonne ad aīnissim conueniunt, cum
formulâ Diplom: nostri, à Mabillonio ea propter, sine necessi-
tate vocatâ in dubium? Verborumque paucorum, reapse pa-
rum differentium, nimirum subtiles indagatores, nonne, quod
ajunt, nodum querunt in Scirpo?

(10) Miratur Mabillonius, i. c., in diplomate nostro, vocabu-
lum, *Regibus.* Vllusne Regum, scribens, vnquam alias Reges
hac Formula comprehendit? Non diffitemur stylo Curiæ, tum
æui Carolini, cum subseqentium Imperatorum, hanc expres-
sionem esse inusitatam. Sed non videamus quare Mabillonius
uniuersi verbuli causa, in dubium vocare velit vnuersum Diplo-
ma? potest illud irrepellere, vel per incuriam scribentis, vel
ostentandæ potentia& & auctoritatis gratia. Scimus enim Re-
ges illius temporis Majestatem Caroli reverenter coluisse. Pro-
voco

(24)

Ego (11) Karolus, (12) gratia Dei Rex Francorum
Lon-

voco ad exempla Offæ Merciorum Regis, Alredi, & Eardulfæ
Northumbriæ Regum; Alphonsi itidem, Galicia ac Asturie
Regis. Heum: de R. D. p. 81. & 82. ad quos Carolus scribens
præterim in literis ad Offam, His vitetur verbis: *hoc igitur salubr
mandato, ego Karolus &c.* Baluz: T. I. Capitul: p. 139. 237. Ta
ceo, verisimile esse Carolum, cum & ipse, prout in Diplom
nostro fatetur, *deliberaret testamentum facere*, Reges, successo
res suos, per hanc formulam, non modo testes, sed & execu
tores Testamenti sui, habere voluisse; quemadmodum Parte
ejus Pippinus, in Diplom: concessio Abbatia S. Maximini apud
Zylleſium T. 3. n. 3., ex eadem ratione, *omnibus Regibus* (icil
Francicis) *in eternum futuris, in testamento hoc* (scil: Diplom: San
Maxim.) *denuntiaverat*, h. e. *injunxerat*, ultimam voluntatem
suam tueri. Quidquid sit, vnicum verbum, *Regibus*, vel pe
nelligentiam, sive studio, insertum diplomati nostro, noi
sufficit, ad virtandum universum diploma, ceteroquin in omni
bus concordans cum Diplom: Carolinis.

(11) Offendit pronomen hoc primæ personæ Mabillonium
l. c. ita scribentem: deinde queritur, an Carolus de se loquens
vnquam singulari numero vsus sit, ego? sed, præter literas Ca
roli ad Offam Merciæ Regem, præcedenti annotatione addu
ctus, in quibus occurrit: *Ego Karolus*; reperimus præterea in
Capitul: Aquisgran: a. 789. verba: *Ego Karolas, gratia Dei, Rex*
Francorum. Heumannus, de R. D. p. 29. constat igitur his Ex
emplis, pronomen *Ego* minime obstat veritati Diplomatici
nostrí.

(12) Animadvertisit Mabillonius, de R. D. L. 2. §. 12. Carolum
ante Imperium initum, ad scribendum nomen, in Diplom
quaæ viderit, Literam C., in numis vero C & K, adhibuisse; Im
perator autem constituto, literam K, arrisisse. Sed Eckhart
Rer: Franc: Orient: T. 2. p. 19. annotatio hac vacillare vide
tur, cum perpaucæ literæ à falsi suspicione sint vacuae, atque
pura. Scriptit enim Carolus ante, & post consecutū Imperium
promiscue & Karolus, & Carolus; v. g. in Chartâ apud Baluz
Capit: T. 2. p. 1400. *Karolus, Serenissimus, gratia Dei, Rex Franco*
rum. Et in Diplom: apud Vghell: in Ital: Sacra T. 5. p. 263, *Caro*
lus Serenissimus Augustus à Devordinatus. Porro in Exemplis Chron

Long
dio a
ctoru
per
S. V
Fra
stus
Fra
lio,
bus
lite
plis
Cal
ad I
(13)
detu
am,
bitu
qua
co A
vtru
(14)
no,
de E
(15)
cicis
laud
l. c.
tut a
Bona
& G
Cun
Car
Ver
stra
Crit
con
pipp

Longobardorum, (13) & Patricius Romanorum, pro Remedio animæ meæ, atque stabilitate Regni nostri, (14) Sanctos Ectorum Monasteria, sub meo regimine constituta taliter volo per successiones temporum manere illæsa, qualiter per Antecessoris

S. Vincent de Vulturno, apud du Chesne, T. III. Script: Rer: Franc: p. 677. *Carolus, divinæ ordinante Clementiæ, Imperator Augustus*, Similiter apud Vghell: T. I. p. 412., *Karolus, gracia Dei, Rex Francorum*. In Constat: de emend: Libr: *Karolus, Dei fretus anxilio, Rex Francorum*. Liquetid quoque ex Monogrammatis, quibus, adhuc Rex, est vsus, ubi loco C., litera K apparet. Proinde litera initialis K, in voce Karolus, Diplomati nostro, tot exemplis similibus munito, nigrum nequaquam inuret K, id quod Calumniatoribus olim evenisse testatur, Gothofr: in not: O.P. ad L. I. ff h. t.

(13) Mabillonio, de R. D. L. 3. c. 1. §. 4. Scribendum fuisse videtur, Langobardorum, non Longobardorum. Sed, ut taceam, Diploma, quod apud Vghell: T. I. p. 174., correctius exhibutum dicitur, nihilo tamen minus scribere *Lombardorum*, quam facile, per incuriam scribæ potuit irrepsisse litera O, loco A? Quid: quod inspectio autographi relinquat in dubio, vtrum vel A., vel O, legatur, in vocabulo Langobardorum?

(14) Et hanc scribendi formulam visitatam fuisse æuo Carolino, patescit ex Diplom: exhibitis ab Heumanno, Comment: de R. D., p. 420. & 439.

(15) Memoriam majorum ab Imperatoribus Regibusq; Francicis, honorifice recoli solitam, aliosque propinquos non sine laude, ab iis, in Diplom: fuisse appellatos, testatur Heumannus I. c. p. 35., prouocans ibidem ad diuersa Diplomata, quæ sistuntur à Martenc & Dur: in vet: Script: & Monum: hist: T. I p. 45. *Bonâ memoriâ Dominus ac Genitor noster Pippinus*, & p. 51. *Dominus & Genitor noster, Sancti: record: Pippinus, quondam gloriofissimus Rex*. Cum igitur honorificus iste cultus Patris, plane omissus sit à Carolo, diploma nostrum à quibusdam in dubium vocatur. Verum enim vero exempla in contrarium existantia, demonstrant, formulam hanc non adeo stricte fuisse adhibitam, ut pro Criterio diplomatico possit haberi. Edocent enim nos verba contraria Caroli M., apud Mabill: I. c. 499., *Genitorem meum, Pippinum Regem; ac Confirmationis illius Immunit: apud Baluz:*

(26)

cessoris mei Privilégia inveni esse firmata. (16) Proinde
quia Abbatiam S. Maximini in Privilégio mei genito-
ris

Capit: T. 2. p. 377. à precedentibus Regibus nostris, non minus quam
Diplom: Caroli, quo confirmatur Privil: Salonæ, apud Mabill:
l. c. p. 499, *Genitorem meum, Pippinum Regem*: Instrumenri deni-
que donationis Caroli M., apud Felibien, Hist: de St. Denis,
dans les Preuves, p. 32.

Parentes nostri requiescere videntur; Reges Francicos secunde
stirpis non semper fuisse sollicitos, additis elogiorum flosculis
memoriam Antecessorum ac Parentum recolere.

(16) Loquitur hic Carolus de Privilégio Pippini Nani, Abbatæ
S. Maximini, a. 768 concessio; quod etsi Viris Doctissimis ne-
quaquam arrideat, non possumus tamen in illo penitus repro-
bando, calculum iis adjicere. Neque enim externa, neque in-
terna tantopere abhorrent à Diplomatis aliorum Regum Me-
rovingicorum, ut in universum rejici mereatur. Scio equi-
dem Viris in Re Diplomatica consummatissimis haud probari,
(1) omissionem formulæ, *Vir inluster*, Regibus Merovingicis
vitatissimæ. At vero regula hec tam generalis haud est, quin
aliquando patiatur exceptionem. In instrumento enim Do-
nationis à Pippino Cœnobio Gozensi factæ, apud Calmetum.
T.I. Histoire de Lorraine, dans les Preuves, p. 273, hæc omit-
titur formula, quod ita quoque se habet, in Confirmatione
Caroli M. Monasterio S. Dionysii concessâ, apud Mabill:, de
R. D. L. 6. p. 497. nec iis placet (2) Adjectio pronominis Ego
Sed cum de hoc jam egerimus annotatione undecimā Disser-
tationis hujus, eo remissum volumus benevolum Lectorem
Videtur (3) porro, in contrarium Sententiam euntibus, vitia-
ri Diploma Pippini, per erroneam anni ejus Regiminis Chro-
nologiam. Siquidem annus concessi Diplomatis Pippiniani
secundum Zylleſium, l. c. pag. 9. fuit vigesimus quintus ejus
Regni. Certum autem est, Pippinum non nisi quatuordecim
annis, videlicet ab anno 754. usque ad a. 768. Sceptrum Regi-
um Regni Francici tenuisse. Verum inspectio Diplomatis, al-
iunctum esse Zylleſium; cum in fine Diplomatis disertis verbis
dicatur: decimo quarto Regni nostri anno. Ponamus autem
substantialibus saluis, incuria scribarum, vitiatum ac interpo-

ris (17) Pippini, sub ipsius Mundiburdio, (18) repperi, Ego quoque delibero testamentum facere, per quod ipse locus, atque

Mo-

latum esse textum Diplomatis, quid hoc veritati Diplomatis Carolini derogare poterit? Cognitum enim est omnibus atque perpectuni, vitium instrumenti relati, præjudicium nequam afferre instrumento referenti, Provoco ad Privilegium Friderici I. Imperatoris, Ducibus Austriae a. 1156. concessum. Allegantur in illo, tanquam instrumenta relata, Privilegia Augusti ac Neronis, Imperatorum, concessa Austriae. Quae etiæ aperte sint fictitia, spuria, ac supposititia, nemo tamen eapropter in dubium vocare conatus est, instrumentum referens, seu Privilegium ipsum Friderici. Longiori equidem temporis, intervallo distat Privilegium Fridericianum, ab Augusti, ac Neronis prætensis Diplomatibus, relatis, quam Caroli M. Diploma, à Pippiniano, Paterno Privilegio. Verum cum hoc in Diplomate Carolino nequaquam verbottenus sit transsumptum, sed tantum relatum ac allegatum summariter, ejus, successu temporum, fortasse facta mutatio, aut interpolatio, minime gentium depravare & annihilare poterit instrumentum referens, Diploma San-Maximinianum.

(17) Dieta in annotatione (15) repetita hic volumus:

(18) Mund, Germanis quidem est os. Quum vero ad eorum, qui alias in potestate habent, officium pertineat, eis ore præcipere, eosque verbis, quoties opus est, defendere: vnu venit, vt Mund, pro potestate ac tutione acciperetur. Id vero inde patet, quod veteres in Mundio, esse, latine exprimerent, in verbo, sermone, vel ore esse. Lex Sal: Tit. 9. §. 5. Tit. 19. §. 1. Gregor: Turon: Hist: L. 9. c. 42. Qua ratione & Græcum λόγον, apud Script: Byzant: occurrere, observavit du Fresne, Gloss: lat: p. 1280. sequi. Nihil ergo frigidius est etymologiæ, quam, ex Auctore Mammatrecti profert du Fresne T. 2. p. 695. Mundus, inquiens, muliebris dicitur apparatus ad ornatum mulieris: unde & ministros talium Mundiburdos yocabamus. Scimus enim, Germanis omnem potestatem in alterius personam vel res, Mundium appellari. Quapropter non modo serui & liberi in Mundio, seu potestate Dominorum & Parentum, sed & Vxores, in Mundio sunt maritorum, minores in Mundio tutorum, Ecclesiae & Civitates autem in Mundio Principum. Hinc vox Mundivaldi, & Mundeburnis, Tutoris, Advocati, seu Protectoris, ori-

Monachi, ibi conuersantes, sub nostra defensione, cum quiete, valeant vivere & orationi vacare. Quapropter Werinolfo Abbatii, (19) de eodem Monasterio, supradicti Confessoris Christi, quod est Constitutum in suburbio Treviris, atque dedicatum in honore St. Joannis, Apostoli & Evangelistæ, Monachisque in eodem loco Christo famulantibus, regali authoritate, seu potestate concedimus, ut habeant in Sæcula post nos futura, liberam potestatem eligendi Abbatem inter ipsos Monachos, si autem ibi non poterit inueniri, elegant sibi, vbi-cunque voluerint. (20) Insuper nostrâ præceptione statuimus, atque in convulsè firmamus, ut nullus Regum, nobis succedentium, vel alia persona aliqua, contra eundem locum, vel Monachos in tota Abbatia villam potestatem exercere presumat, nec telonium usquam à nauibus ipsorum exigat, seu placitum teneat, sine iussione & petitione Abbatis, sed securè & cum pace maneat locus ille sub nostro, & successorum nostrorum Mundiburdio. (21) Et ut istius Chartæ authoritas firmiter per tempora

ginem traxit; Heinecc: Elem: Jur: Germ: p. 99. & 294. occurrit vocabulum hoc *Mundiburdii* saepius in Diplom: v. g. in Dipl. Pippini, apud Eckhart: T. I. Franc: orient: p. 571. sub sermonc tuitionis suæ vel humanitatis & *Mundeburde*: In Dipl: Ludov: pii, pro Monast: Fossatensi, ex Caroli le Cointe Annal: T. 8. p. 228. sub nostro suscepimus, *Mundiburdo*, vt & ex Dipl: Ottonis I., ap: Mabill: Act: SS. Benedict: Sec: V. d. 278. Ut sub *Mundiburdio* deinceps maneat Regum.

(19) Constat ex Catalogo Abbatum S. Maximianorum tempore concessi Privilegii, Werinolfum præfuisse inclytissimæ huic Abbatia.

(20) Libera haec, eligendi Abbatem, potestas, jam per Pippini Nanni privil: concessià Abbatia S. Maximini, Zyll: l. c. P. III. n. 3. p. 12., præter Carolum M. confirmata, quoque est illi, per Imperatores Ottonem, Zyll: P. III. n. 8. p. 16. Ottonem II. Zyll: P. III. n. 12. p. 21., Ottonem M., Zyll: P. III. n. 12 pag. 22. Ottonem III. Zyll: n. 18. p. 27. Henticum II; Zyll: n. 19. p. 29. & alios; Ut & à Summis Pontificibus, Johanne XIII, Zylles: P. III. n. 14. p. 23. Johanne XV., Zyll: P. III. n. 17. p. 26. &c.

(21) Haec omnia & singula Abbatia nostræ denuo confirmarunt,

(29)

ra habearur, nostræ manus signaculis, (22) eam affirmare decrevimus, & annulo nostro firmari jussimus.

Signum Karoli, Gloriosissimi Regis.

Rado relegi, (23) data Mense Augusto (24)

Quadragesimo anno (25) Regni nostri.

Acta Padreburnæ, Fisco (26) nostro,

super ipsa. (27)

} Locus Mo-
nogrammatis.

(L. S.)

Ludovicus pius, Zyll: P. III. n. 5. p. 13. & 14. Lotharius I. c., Zyll: n. 6. p. 14. 15. Otto M; Zyll: n. 11. p. 29. Otto II. Zyll: n. 16. p. 17. Henricus IV. Zyll: P. III. n. 26. p. 42. & 43. & alii. De reliquis egregiis immunitatibus ac Privilegiis, quibus donata est à Regibus & Imperatoribus, vid: Zylleius, in Def. Abbat: Imperialis S. Maximini, tum P. I. & 2.. cum P. III.

(22) Per hæc, manus Imperatorum signacula, intelliguntur Monogrammata. Cum enim Reges ac Imperatores Francici utriusque Stirpis, teste Mabillonio, aut plane imperiti fuerint artis scribendi, aut eam nonnisi summo labore exercuerint, subueniendum iis erat per Monogrammata, quæ vel per notarios pingebantur, vel typario, quod monogramma Principis referbat, imprimabantur. Heum: de R. D. c. 1. §. 20.

(23) Archi-Cancellarii, seu Apocrifarii vel Archi-Capellani quoque nomen convenire Chronologiae Diplomatis concessi. patescit ex Diplom: quamplurimis. Ex multis pauca! In præcepto Caroli M. de 778. apud Mabill: de R. D. n. 53. pag. 500, legitur. *Gilbertus ad vicem Radonis recognoui & subscripti;* & apud Mabill: l. c. g. 54. p. 501. *Widolaicus, ad vicem Radonis recognoui.* Apud eundem l. c. n. 56. p. 502. & ad a. 790. *Erkmbaldus, ad vicem Radoni subscripti.* Quemadmodum Rado quoque annumeratur Cancellarii Regum ac Imperatorum Francicorum, à Mabillonio, de R. D. L. 2. c. 12. §. 4. n. 118. *Hitherio successit Rado,* recensit Abbas Vedastinus, qui notarios habuit Wigbaldum, Optatum, Jacobum, Erkmbaldum, & Widolaicum.

(24) Mabillonio judice, de R. D. L. 3. c. 1. §. 4. nonnullos moueat, quod Diploma dicatur datum, Mense Augusto, absque designatione diei; & quod annus Regni Francici apponatur sine anno Regni Italiae, quod passim in veris autographis observatur. Sed quia in quibusdam aliis nec dies mensis, nec Regni Italici annus exprimuntur, hic tantum

(30) note, (scribit Mabillonius) id esse præter communem nor-
mam. Exemplum prioris habes in appendice Baluzianâ, n. 19.
posterioris in Chartâ S. Martini Turonensis.

posterioris in Charta S. Martini Turonensis.
5) Jam supra, annot: 7., monuimus, Zyllesiu confusidisse numeros Arithmeticos XI. & XL. Ex inspectione autem autographi, & cifri forma, sole meridiano clarius illucescit, legendum esse, anno Regni nostri undecimo, non autem, cum Zyllesio, quadragesimo. Subscriptis huic nostrae sententiae Mabillonius l. c. l. 3 c. 1. §. 4. Conuenit quoque annus undecimus Regni Carolini, cum historia Caroli M., illius temporis. Scimus enim summationem anni undecimi Regni Caroli, usque ad conpropyl: Antiqu: deDiplom: discern: Carolus autem M. Pippin oPatria. 763. VIII. Id. Octobr: demortuo. Chron: S. Galli in Baluzii Mitcell: T. I. ad a. 768. Decimo quinto die post, Rex est factus. Hincmarus in Epist: ad Ludov: Balbum, T. 2. op: p. 180. Igitur mense Augusto, a. 779, annus undecimus Regni ejus Francici adhuc currebat. Carolum, finito mense Mayo, Concilio Durenisi, a. 779, circa mensem Augustum, commoratum fuisse, ad Luppiam, seu Lippiam flumen, Urbam Padreburnam præter fluentem, constat, tum ex Monacho Egolimensi, p. 244, cum ex Broweri Annal: Trevir: P. I. L. 7. p. 384. Quia regna immediata Regni seu Imperii Francico-Germanici

(26) Omnes immediatae, Regni seu Imperii Transmarini, Civitates, sub Carolingis, Fisco Regio fuere adscriptæ, & per Comites, seu Missos Regios, administratæ. Quaravis nonnullas etiam Urbes Speciatim Villas, seu Curtes Regias appellatas esse, non negauerim. Lamb: Schaffnab: ad a. 1070 legit. Villæ Regalis Fitci. vid. Cl: Kemmerichius in Introd: ad J. P. L. 4. c.

18. §. 3.

(27) Zyllef: L.c. P. III. n. 4. In fine Diplomatici nostri, legit ipsa. Contra Calmet, hist: de Lorraine, dans les Preuves, p. 2. 6. ipsa. Mabillonius autem, de R. D. L. 3. §. 4. p. 220. recte indicat legendum esse, Lipsia: quia Padreburna sita est ad flumen Luppiam, seu Lippiam, an den Lippe. Iussi: quod barbaro illi Seculo Lipsia audiebat. Moneret preterea Mabillonius l. c. apud Papibio ocum Ara, pro Actum legi. Sed tum ex autographo, cum ex ejus copiis, apud Zylleium & Calmerum, l. c. extantibus, constat, legendum esse aut acta, ut legit Calmetus l. c. data. Igitur tum quoad externa, ratio Sigilli, materiae, generis Scripturæ, ac Monogrammati, &c. Cum quoad interna se probauit Diploma nostrum San. Maximiniatum, Rei Diplom. nou ignaris; Quapropter vestis ostenderimus, neque deficiantiam barba Carolinae, neque figuram & materiam Sigilli, cum aliis externis Criteris, neque tandem interna, videbunt Itylum & tenorem Diplomatici nostri obstat, quo minus illud, sine omni dubio, habendum sit, pro vero aegrotanti, nequamquam autem pro interpellato, spuriis aquae suppositis.

S. D. G.

hift:
4 Po
piam
prz-
ogra-
gegen-
anom
e pro-
ter ve-
nter fa-
Sigilli,
Diplo-
9 MFGC

Ng 3199.8

ULB Halle
001 852 337

3



Sb,

WOM

NC
11.2001 Bd.



DH: PHIL: PRÆTORII, J. U. D. Consil.
Elect: Aulici, Historiarum ac Juris Publici, in Alma Trevi-
rensi, Professoris Ordinarii,

ASSERTIO & VINDICATIO diplomatis Carolini, Inclytissimæ Abbatiae S. MAXIMINI, in Suburbio Trevirensi, Concessi,

Tribus Dissertationibus, videlicet

14

-) De Barbâ CAROLI M.
-) De figurâ externâ Sigilli, huic Diplomati appensi, deque
reliquis Criteriis, quibus evincitar, Diploma Carolinum
nequaquam esse supposititium.
-) De harmoniâ Styli, Diplomatis SANI-MAXIMINIANI,
cum aliis evi Carolini Diplomatis;
- De Synchronismo ejus Historico;
- Ac de Instrumento Pippini Nanirelato, adornata.



Ubi plura nitent in Carmine non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.

Horat: de Arte Poet.

Angela Trevir. Typis J. C. REULANDT, Aul. & Univ. Typogr.